Illustris et Clarissime Domine!

Recepi elenchum plantarum illarum dalmatica-rum, quas studii causâ e herbario meo commodari optasti. Spero me plurimas illarum Tibi pro certo tempore cedere posse. Hodie scribo domum, ut quas unus amanuensium meorum, sci-entiâ botanicâ vix ac ne vix qui-dem tinctus, ductu numerorum cata-logi, quem prae manibus habeo, invenire potuerit, horsum submit-tat, ad Te subin expediendas.

Id unum Te oro, ut, quas lu-benter, imo gratulabundus exhibeo, capto usu mihi reddere velis.

Caetera pretiosis favoribus devotus singulari cum aestimio persevero

Pestini, in Hungaria, 3/7. 1869.

Illustritatis Tuae

humillimus servus
Ludovicus Haynald
A Eppus Colocensis.